Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cod. Biblia sacra (omisso Psalterio)

Biblia sacra (omisso Psalterio) - Lichtenthal 13

Lichtenthal (?), [um 1300]

Micha

urn:nbn:de:bsz:31-35330

Visual Library

nec uideret quid accideret ciuitati.
Et preparauit dns ds ederam & ascen
dit sup caput ione ut esset umbra
sup caput ei' & protegeret eum.
Laborauerat enī. Et letatus est io
nas sup edera leticia magna. Et p
parauit ds uermem ascensu dilucu
li in crastinū & pcussit ederam &
exaruit. Et cū ortus fuisset sol. pce
pit ds uento calido & urenti & pcus
sit sol sup caput ione & estuabat. Et
petiuit anime sue ut moreretur & dixit.
Melius est m̄ mori q̄ uiuere. Et dixit
dns ad ionā. Putasne bene irasceris
tu sup edera. Et dixit. Bene irascor
ego usq ad mortē. Et dixit dns. Tu
doles sup edera in qua n̄ laborasti ne
q fecisti ut cresceret. quia sub una
nocte nata est & sub una nocte piit.
& ego n̄ parcā niniue ciuitati mag
ne. in qua sunt plusq centū uigī
ti milia hominū qui nesciunt qd
sit inter dexterā & sinistrā suā. et
iumenta multa. Incipit prolog
us in micheam pphām.

Temporib; ioathā achaz
ezechie regum iuda.
micheam ad hanc
pphetiam spu sco re
pletū lectio ipa de
monstrat. S; de su
pradicto numero regū ioathan
& ezechiam deo ob religionem pla
cuisse hystoria libri quarti regum.
& scdi paralipomenon indicat. Achaz
uero derelicto deo ydola samarie & syrie
quib' etiā filios suos sacrificiū igne
concremandos obtulerat coluisse con
stat. Quam obrem ds samariam
que reges isrl' & iuda memoratoz si
mulachroz supsticione fefellerat in
crepans. indignationē suā in eam
pcessurā cōminatus est. Populo eti
am isrl' preuaricatori & principib'
ei' qui eundem ppłm fallaci suasione
ad colenda ydola impulerant uerbis
in sequentib' captiuitatem & interitū
ad futurum denuntiat. Explicit p
logus. Incipit micheas propheta

Verbum dni qd
factum est ad miche
am morasthiten ī
dieb' ioathan achaz
ezechie regū iuda.
qd uidit sup sama
riā & ierlm. Audite ppli om̄s. et
attendat tra & plenitudo ei' & sit
dns uobis in testem. Dns de templo
sancto suo. Quia ecce dns egredietur
de loco suo & descendet & calcabit
sup excelsa tre. Et consumentur mon
tes subt' eū & ualles scindentur sic
cera a facie ignis. sic aque que de
currunt in preceps. In scelere iacob

omne istud · et in peccatis domus israel.
Quod scelus iacob? Nonne samaria?
Et que excelsa iude? nonne ierusalem?
Et ponam samariam quasi acervum
lapidum in agro cum plantatur vinea.
Et detraham in vallem lapides eius et
fundamenta eius revelabo. Et omnia
sculptilia eius concidentur. et omnes in
cedes eius comburentur igni. Et omnia
ydola eius ponam in perditionem. quia
de mercedibus meretricis congregata sunt.
et usque ad mercedem meretricis rever
tentur. Super hoc plangam et ululabo.
vadam spoliatus et nudus. Faciam planc
tum velut draconum et luctum quasi strutio
num. quia desperata est plaga eius. quia
venit usque ad iudam. tetigit portam populi
mei usque ad ierusalem. In geth nolite an
nuntiare. lacrimis ne ploretis. In
domo pulveris pulvere vos consper
gite. et transite vobis habitatio pul
cra confusa ignominia. Non est e
gressa que habitabat in exitu. Planc
tum domus vicina accipiet ex vobis.
que stetit sibimet. quia infirma
ta est in bonum que habitat in ama
ritudinibus. quia descendit malum a do
mino in portam ierusalem. tumultus qua
drige stuporis habitanti lachis. Prin
cipium peccati est filie syon quia in te
inventa sunt scelera israel. Propterea
dabit emissarios super hereditatem geth
domus mendacii in deceptionem re
gibus israel. Adhuc heredem adducam
tibi que habitas in maresa. usque ad
odollam veniet gloria israel. Decalvare
et tondere super filios deliciarum tuarum.
Dilata calvitium tuum sicut aquila. quoniam
captivi ducti sunt ex te. II.
Ve qui cogitatis inutile. et
operamini malum in cubilibus
vestris. In luce matutina faciunt il
lud. quoniam contra deum est manus eorum.
Et concupierunt agros et violen
ter rapuerunt et domos tulerunt.
et calumpniabantur virum et domum
eius virum et hereditatem eius. Ideo
hec dicit dominus. Ecce ego cogito super
familiam istam malum unde non aufere
tis colla vestra. et non ambulabitis su
perbi. quia tempus pessimum est. In
die illa sumetur super vos parabola. et
cantabitur canticum cum suavitate dicen
tium. Depopulatione vastati sumus
pars populi mei commutata est. Quomodo
recedet a me cum revertatur qui regiones
vestras dividat. Propter hoc non erit
tibi mittens funiculum sortis in cetu
domini. Ne loquamini loquentes
non stillabit super istos. non comprehen
det confusio. Dicit domus iacob.
Numquid abbreviatus est spiritus
domini. aut tales sunt cogitationes
eius. Nonne verba mea bona sunt

cum eo qui recte graditur. Et e contra
rio populus meus in adversarium consur
rexit. Desuper tunicam pallium sustu
listis: et eos qui simpliciter transibant
convertistis in bellum. Mulieres populi
mei eiecistis de domo deliciarum suarum.
A parvulis earum laudem meam tulistis
in perpetuum. Surgite et ite. quia
non habetis hic requiem. Propter in
mundiciam eius corrumpetur putredine
pessima. Utinam non essem vir ha
bens spiritum: et mendacium potius loque
rer. Stillabo tibi in vinum et in ebri
etatem: et erit super quem stillatur
populus iste. Congregatione congre
gabo iacob totum te in unum conducam
reliquias israel pariter. Ponam illum qua
si gregem in ovili: quasi pecus in medi
o caularum. Tumultuabuntur a mul
titudine hominum. Ascendit enim
pandens iter ante eos. Dividet et
transibunt portam et egredientur per
eam. Et transibit rex eorum coram eis: et dominus
in capite eorum. Capitulum III.

Et dixit. Audite principes
iacob: et duces domus israel.
Numquid non vestrum est scire iudicium
qui odio habetis bonum et diligitis
malum. Qui violenter tollitis
pelles eorum desuper eis et carnes eorum
desuper ossibus eorum. Qui comederunt
carnem populi mei et pellem eorum desuper

excoriaverunt. et ossa eorum confregerunt
et conciderunt sicut in lebete. et qua
si carnem in medio olle. Tunc clama
bunt ad dominum et non exaudiet eos: et
abscondet faciem suam ab eis in tem
pore illo sicut nequiter egerunt in ad
inventionibus suis. Hec dicit dominus de
super prophetas qui seducunt populum meum
qui mordent dentibus suis et predicant
pacem: et si quis non dederit in ore eorum
quippiam: sanctificant super eum prelium.
Propterea nox vobis pro visione erit:
et tenebre vobis pro divinatione. Et
occumbet sol super prophetas: et obtene
brabitur super eos dies. Et confundentur
qui vident visiones et confundentur di
vini: et operient vultus suos omnes
quia non est responsum dei. Verumta
men ego repletus sum fortitudine
spiritus domini iudicio et virtute ut annun
tiem iacob scelus suum: et israel pecca
tum suum. Audite hec principes do
mus iacob et iudices domus israel qui
abhominamini iudicium et omnia
recta pervertitis: qui edificatis sy
on in sanguinibus et ierusalem in iniqui
tate. Principes eius in muneribus iudi
cabant: et sacerdotes eius in mercede
docebant: et prophete eius in pecunia
divinabant: et super dominum requies
cebant dicentes. Numquid non dominus
in medio nostrum. Non veniet super

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

nos mala. Propter hoc causa uestri
syon quasi ager arabitur et ierusalem quasi
aceruus lapidum erit et mons tem
pli in excelsa siluarum. Capitulum IIII.
Et erit in nouissimo dierum erit
mons domus domini preparatus in uer
tice montium et sublimis super colles.
Et fluent ad eum populi et properabunt
gentes multe et dicent. Venite ascen
damus ad montem domini et ad domum dei
iacob et docebit nos de uiis suis.
et ibimus in semitis eius quia de syon
egredietur lex et uerbum domini de ierusalem
et iudicabit inter populos multos et cor
ripiet gentes fortes usque in longinquum.
Et concident gladios suos in uomeres
et hastas suas in ligones. Non su
met gens aduersus gentem gladium
et non discent ultra belligerare. Et se
debit uir subtus uineam et subtus fi
cum suam et non erit qui deterreat quia
os domini exercituum locutum est. Quia
omnes populi ambulabunt unusquisque
in nomine dei sui nos autem ambula
bimus in nomine domini dei nostri in eternum et
ultra. In illa die dicit dominus congrega
bo claudicantem et eam quam eieceram colligam
et quam afflixeram et ponam claudicantem
in reliquias et eam que laborauerat
in gentem robustam et regnabit dominus
super eos in monte syon ex hoc nunc et
usque in eternum. Et tu turris gregis
nebulosa filie syon usque ad te ueniet
et ueniet potestas prima reg
num filie ierusalem. Nunc quare merore
contraheris. Numquid rex non est tibi
aut consiliarius tuus periit quia
apprehendit te dolor sicut parturien
tem. Dole et satage filia syon qua
si parturiens quia nunc egredieris
de ciuitate et habitabis in regione
et uenies usque ad babylonem ibi libe
raberis ibi redimet te dominus de ma
nu inimicorum tuorum. Et nunc congre
gate sunt super te gentes multe que
dicunt. Lapidetur et aspiciat in
syon oculus noster. Ipsi autem non cogno
uerunt cogitationes domini et non intel
lexerunt consilium eius quia congre
gauit eos quasi fenum aree. Sur
ge et tritura filia syon quia cornu
tuum ponam ferreum et ungulas tuas
ponam ereas. Et comminues populos mul
tos et interficies domino rapinas eorum
et fortitudinem eorum domino uniuerse terre. V.
Nunc uastaberis filia latronis.
Obsidionem posuerunt super
nos in uirga percutient maxillam
iudicis israel. Et tu bethleem eufra
ta paruula es in milibus iuda. Ex
te enim egredietur qui sit dominator in
israel et egressus eius ab initio a die
bus eternitatis. Propter hoc dabit
eos deus usque ad tempus in quo par

turiens pariet: et reliquie fratrum eius
convertentur ad filios israel. Et stabit
et pascet in fortitudine domini in sub
limitate nominis domini dei sui et con
vertentur: quia nunc magnificabitur
usque ad terminos terre: et erit iste
pax. Assyrius cum venerit in terram
nostram et quando calcaverit in domi
bus nostris. Et suscitabimus super eum
septem pastores et octo primates ho
mines: et pascent terram assur in gla
dio et terram nemroth in lanceis eius.
et liberabit ab assur cum venerit in
terram nostram. et cum calcaverit in ter
minis nostris. Et erunt reliquie iacob
in medio populorum multorum quasi ros
a domino: et quasi stille super herbam que
non expectat virum: et non prestolatur filios
hominum. Et erunt reliquie iacob in
gentibus in medio populorum multorum quasi
leo in iumentis silvarum: et quasi ca
tulus leonis in gregibus pecorum: qui
cum transierit et conculcaverit et ce
perit non est qui eruat. Exaltabi
tur manus tua super hostes tuos: et
omnes inimici tui interibunt. Et
erit in die illa dicit dominus auferam e
quos tuos de medio tui: et disperdam
quadrigas tuas. Et perdam civitates
terre tue: et destruam omnes muni
tiones tuas. Et auferam maleficia
de manu tua: et divinationes non
erunt in te. Et perire faciam sculpti
lia tua: et statuas tuas de medio
tui conteram: et non adorabis ultra o
pera manuum tuarum. Et evellam lucos
tuos de medio tui: et conteram civita
tes tuas. Et faciam in furore et in in
dignatione ultionem in omnibus gen
tibus que non audierunt. Capitulum VI.

Audite que dominus loquitur. Surge
contende iudicio adversum mon
tes: et audiant colles vocem tuam. Au
diant montes iudicium domini: et fortia
fundamenta terre. quia iudicium domini
cum populo suo: et cum israel diiudicabitur. Po
pulus meus quid feci tibi aut quid mo
lestus fui tibi responde mihi: quia edu
xi te de terra egypti et de domo servi
tutis liberavi te. et misi ante faciem
tuam moysen et aaron et mariam. Po
pulus meus memento queso quid co
gitaverit balach rex moab et quid re
sponderit ei balaam filius beor de se
thim usque ad galgalam: ut cognosce
res iustitias domini. Quid dignum offe
ram domino. Curvabo genu deo excelso.
Numquid offeram ei holocaustomata
et vitulos anniculos. Numquid pla
cari potest dominus in milibus arietum: aut
in multis milibus hircorum pinguium.
Numquid dabo primogenitum meum
pro scelere meo: fructum ventris mei
pro peccato anime mee. Indicabo tibi

o homo quid sit bonum. & quid que
rat dns a te. Utique facere iudicium &
diligere misericordiam. & sollicitum ambulare
cum deo tuo. Vox dni ad civitatem
clamat. & salus erit timentibus no
men tuum. Audite tribus. Et quis
approbabit illud. Adhuc ignis in
domo impii & thesauri iniquitatis.
& mensura minor ire plena. Numquid
iustificabo stateram impiam. & saccel
li pondera dolosa in quibus divites eius
repleti sunt iniquitate. & habitan
tes in ea loquebantur mendacium. & lin
gua eorum fraudulenta in ore eorum. Et
ego ergo cepi percutere te perditione
super peccatis tuis. Tu comedes & non
saturaberis. & humiliatio tua in
medio tui. & apprehendes & non salva
bis & quos salvaveris in gladio dabo.
Tu seminabis & non metes. tu calca
bis olivam & non ungeris oleo. & mus
tum & non bibes vinum. Et custodisti
precepta amri & omne opus domus
achab. & ambulasti in voluptati
bus eorum ut darem te in perditionem &
habitantes in ea in sibilum. & obp
brium populi mei portabitis. VII.

Ve michi quia factus sum sic
qui colligit in autumpno
racemos vindemie. Non est botrus
ad comedendum. immaturas ficus
desideravit anima mea. Periit sanctus
de terra. & rectus in hominibus
non est. Omnes in sanguine insidi
antur. vir fratrem suum venatur ad mor
tem. malum manuum suarum dicunt
bonum. Princeps postulat & iudex
in reddendo est. & magnus locu
tus est desiderium anime sue & contur
baverunt eam. Qui optimus in eis
est quasi paliurus. & qui rectus
quasi spina de sepe. Dies specula
tionis tue. visitatio tua venit.
Nunc erit vastitas eorum. Nolite
credere amico. & nolite credere in
duce. Ab ea que dormit in sinu
tuo custodi claustra oris tui. quia
filius contumeliam facit patri & filia
consurgit adversus matrem suam. nu
rus contra socrum suam. & inimici
hominis domestici eius. Ego autem
ad dominum aspiciam. & expectabo deum
salvatorem meum. Audiet me deus
meus. Capitulum. VIII.

Ne leteris inimica mea super
me quia cecidi. consurgam.
Cum sedero in tenebris. dns lux
mea est. Iram dni portabo quoniam pec
cavi ei donec iudicet causam meam.
& faciat iudicium meum. Educet me
in lucem. videbo iusticiam eius. Et
aspiciet me inimica mea. & operietur
confusione que dicit ad me. Ubi
est dns deus tuus. Oculi mei vide

bunt in eam: nunc erit in conculcati
onem ut lutum platearum. Dies ueniet
ut edificentur macerie tue. in die illa
longe fiet lex. In die illa et usque ad
te ueniet assur. et usque ad ciuitates
munitas et a ciuitatibus munitis us
que ad flumen et ad mare de mari.
et ad montem de monte. Et erit terra
in desolationem propter habitatores eius.
et propter fructum cogitationum eorum.
Pasce populum tuum in uirga tua gre
gem hereditatis tue. habitantes
solos in saltu in medio carmeli.
Pascentur basan et galaad iuxta di
es antiquos. secundum diem egressio
nis tue de terra egypti. Ostendam
ei mirabilia. Videbunt gentes et
confundentur super omni fortitudine
sua. Ponent manum super os. aures
eorum surde erunt. Lingent pulue
rem sicut serpens. uelut reptilia terre
perturbabuntur de edibus suis. Dominum
deum nostrum non desiderabunt. et timebunt
te. Quis deus similis tui qui aufers in
iquitatem. et transfers peccatum reli
quiarum hereditatis tue. Non im
mittet ultra furorem suum. quoniam uo
lens misericordiam est. Reuertetur et miserebi
tur nostri. et deponet iniquitates
nostras. et proiciet in profundum ma
ris omnia peccata nostra. Dabis ue
ritatem iacob misericordiam abraham que
iurasti patribus nostris a diebus antiquis.

Incipit prologus in naum prophetam.

Naum prophetam ante ad
uentum regis assyrio
rum qui populum israel capti
uum in suas regiones
transtulerat fuisse
hebreorum traditio con
firmat. Siquidem in fine huius lectio
nis predicti regis aduentum eundem propheta
annuntiare monstratur. Sed cum habi
tatores niniue iona interitum ciuita
tis predicente ne diuina ira denuntia
tum interitum sustinerent peccatorum et
impietatis penitentiam egissent accep
ta dei misericordia grauioribus se criminibus
implicare ceperunt. Qua de causa
memoratus propheta spiritu sancto plenus in
dictum dei annuntians ita est locutus.
Deus zelans et ulciscens dominus. Iam enim
decem tribus ab assyriis ducte fuerant in
captiuitatem sub ezechia rege iuda sub
quo etiam nunc in consolatione populi trans
migrantis aduersus niniue uisio cer
nitur. Nec erat parua consolatio
tam hiis qui iam assyriis seruiebant
quam reliquis qui sub ezechia rege de tribu
iuda et de beniamin ab eisdem hostibus
obsidebantur ut audirent assyrios quoque a
caldeis esse capiendos sicut in consequen
tibus libri huius demonstrabitur. Scien
dum autem quod niniue in nostra lingua de
hebreo speciosa sonat. Speciosus
autem hic mundus dicitur. unde et apud

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg